

**Aureum menorat zahav Candelabrum Templi, Exod. 25, 3. Lev. 24, 4. Apoc. 2, 1.  
Jehovæ. Quod Symbolo Davidis, Verbum Domini Lucerna Pedibus ...**

Francof. cis Viadrvm: Lit. Phil. Schwartzii, [1738?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876156073>

Druck Freier  Zugang





49/15.


49.

Fa-1092(49.)

1. Romani Teller de Philosophismo exegetico. Lips 1790.
2. Herm. Christo. Ex gallicena Pentateuch dictorum scripturae V. T. a manifesta perversione vindicatorum. Pesth 1720.
3. Jo. Christian. Kleinmied de veritate historiarum dominicee, Moscaicae ex monumentis historicis usq. postionum in scriptis adfructa Feb 1776.
4. Jo. Friedr. Collae specimen secundum ad Gen III, 22. Got 1738  
 Progr. de acquiescentia Dei Patris in satisfactione Jesu Christi  
 ad Gen VIII, 21. Nezum 1730.
5. Phil. Dan. Krauter de sensu literali promissionum Abrahamo  
 et injuriam femini eius facularum. ad Gen XII, 3. XII, 13. Gal III,  
 16. Jen. 1738.
6. Jeron. Frederici de angeli redemptore Patriarchae Jacobi collocatore  
 ad Gen XXII, 26. XVIII, 15. Hof XII, 4. Lips 1729.
7. Friedr. Guib. Stromejer de Jacobi de ~~Gallicantu~~ Gallicantu ad Gen XXIV.  
 14. 15. Got. 1738.
8. Jo. And. Andalgski de benedictione Jacobi ad Gen XXIX, 3-12 Item  
 1702.
9. Henr. Scholtzius de ~~Qip~~ Qip ad Gen. XXVII, 21. Acton, 1790.
10. Progr. de ad Exod XII, 15. Lips 1736.
11. Friedr. Brand. Kettererus de sanguine foederis ad Exod XXIV, 6. Lips 1700.
12. Gottf. Jürgel de functione foederis Sinaiici ad Exod XXII, 9-11.
13. Drem 1708.
14. Geor. Michael Diederling de Candelabris Judaeorum Jacobi ad Exod.  
 v. Witeb. 1711.
15. Jo. Christi. Heberstreich de sacrificio a peccatis offerendo ad Levit.  
 V, 17-26. Lips 1739.
16. Sam. Anraese de adulteris nunquam legedivina impunito ad  
 Lev XXI, 10. Nury 1605.
- 17 a. Jo. Carl. Haefius de jurjurando. p. hoc alio proestito ad Jos. IX Got 1737.
17. b. - Just. Geor. Zetserus de Nabona inter Prophetas conditione  
 ad 1700. 2 Sam VII, 12 Lips 1730.
- 18 Programma ad Jos. I Sam VII, 12 Lips 1730.
- 19 Christi. Sam. Scherfius de fraude contra Nabalam ad 1 Sam XXV, 22 Lips 1700.
- 20 And. Geor. Wächner de Endorensi Proestigiabrice. ad 1 Sam XXVIII, 16 1730.
21. Gen de Danie, in abitarum victore, et alium numer exento got ad 1 Sam  
 VIII, 2 Got 1738.

22. Baeth. Sebelius de Davide peccante et penitente ad Sam  
XXIV et Paralipomenon. XXII. Argent. 1698 rei 1703.
23. Sam Aug Jungkand de terra Ephraim Lijf 1737.
24. Geor. Christ. Dachfeld de vocatione Elifaci ad 1 Reg XXV. 16. Lijf 1700.
25. Dav. Otto Wahrendorff de resurrectione Jobi cum Lotera facta  
cum Paralipomenis Crafii Goti 1730.
26. Seb. Johann Barth Diss. in laudatione Halmorum Davidis in  
laudem regis sui et ducis Vindobonensis male athilita Josephus 1706.
27. Proff de regis chersue elogio ad 2<sup>o</sup> II. Helmsf. 1713.
28. Paul Gjongjorfi a Peltjen de corione D. El per cometa ad 1<sup>o</sup> II  
XIV. 2. Hanf in Viadr. 1727.
29. Jo. Geor. Neumann de spe meliori vitae ad 1<sup>o</sup> XVIII. 15. Wittenb  
1701 reimf. 1716
30. Christ. Aug. Hermann Commentarius in 2<sup>o</sup> XXIX Jobi 1730.
31. Geor. Ludov. Oederus de Pane Angelorum ad 2<sup>o</sup> XXVIII. 25. Onad. 1720
32. Paul Gjongjorfi a Peltjen de aere cadelabro templi Exod XXV. 3.  
Leu XXIV. 4. Apocalyp 11. 1. simbolo Davidis ad 2<sup>o</sup> LXIX. 103. Lijf 1730.
33. Geor. Ludov. Oederus Commentatio in Prov. XXIV. Onad 1724.
34. Lurdem Commentatio c. Jes VII. 8. 9. ibi 1724.
35. Joh. Sorens. Koebner de 543 Jes 12. 6. Graec. 1662.
36. Jo. Mich. Meiffner de Christo vero Deo ad 2<sup>o</sup> Jes XLV. 14. 15. Wittenb  
1688. Rec. Hamb 1739.
37. Mich. Naetherus de Christo Deo abscondito ad 2<sup>o</sup> Jes XLV. 15. Wittenb 1690
38. Joh. Jac. Dofius de Spontae ornata splendoris ecclesiae & 5<sup>o</sup> symbolo  
ad 2<sup>o</sup> Jes XLIX. 10. Lijf 1728.
39. Joh. Meiffner de plura mystica ad 2<sup>o</sup> Jes. LV. 10. 11. Wittenb. 1675.
40. Joh. Geor. Michaelis de care symbolo Prophetarum ad 2<sup>o</sup> Jes. LV. 10. 11. Fofh. 1730.
41. Joh. Christ. Heterstreich de Jesaiae Corp ad XIII. com. 19. in 2. uelben  
do Lijf 1737.
42. Dietr. Horn. Kammerich de eloquentia jeremiae ad Jerem II.  
Lijf 1703.

43. Andr. Daniel Hebichtshofen de Statutis non bonis Israel ad  
Dro datis ad Psalm XXXV. Post. 1699.
44. Georg. Tier. Wichel de jueneris Calorum ad Mag. XIV. 2. Jan  
1790
45. Jo. Wich. Polig Jonas illustratus et indicatus contra Horn  
von der Hardt. At Halberst. 1720.
46. Carp. Gotfr. Mundinus de gloria templi secundi ad Mag. II. 10.  
1661. reus Jan 1719.
47. Jon. Car. Schramm de concordia et discordia templi secundi ad  
Mag. II. 10. et Acta II. 1. Helustad. 1790.
48. Progr. de sanatione in alio solio in justitia ad Maccab. IV.  
1. ger. 1797.
49. Jurb. Geor. Zeltnerus de origine erudita Judaea per transjordanem  
monte ad Psalm VI. 7. Act. 1717.
50. Jon. Car. Schramm de Maccabaeis de resurrectione montuorum  
veritatis testibus ad 2 Maccab. VII. 1. Helustad. 1700.



35

34

33

32

31

5

27

11.26

1

1

11

1



PHYSIOLOGIA

ACADEMIAE  
SCIENTIARUM  
REGIAE AVCTORITATE

ROMANVS FELDER A.M.

MDCCCXXXIII

AUREUM מנורה זהב CANDELABRUM  
 TEMPLI, Exod. 25, 3. Lev. 24, 4. Apoc. 2, 1. JEHOVÆ.  
 QUOD

# SYMBOLO DAVIDIS,

VERBUM DOMINI LUCERNA PEDIBUS

Pfalm. 119, 105.

Tamquam CATHOLICO, ab exordio *economiae*

Fœderis Gr. *Ecclesia* veræ *Symbolo* PRIMARIO,

Deut. 4, 2. 6: 6. Prov. 5, 7. Esa. 59, 21. Rom. 10, 8. a Deo  
*Fœderatis* præfixo.

HAC

DISSERTATIONE PERIODICA

*Vener. Fac. Theol. aspirante Φωσφορα* illo

2. Petr. 1, 19. Apoc. 22, 16. Deo,

PRÆSES

PAULUS GYÖNGYÖSSI

a PETTYEN,

Illust. Eccl. Ang. *Presbyter*. S.S. Th. D. & P. P. O. V.

h. t. Ven. Fac. Th. Decanus

ATQUE

DEFENDENS

JOH. GODOFR. MEYER,

Anh. *Servestan*.

DIE XVI. AUG. A. D. MDCCXXXVIII.

In Templo Academico Viadr. omnibus Acad. Eccl. Ant.

P. D. P. C. παρακαλος, Eph. 4, 1. Rom. 12, 1. Hebr. 13, 22.

1. Petr. 5, 1. 2. infinat.

FRANCOF. cis VIADRVM, Lit. PHIL. SCHWARTZII, Ac. R. Typ.

§. I.

**S**ymbolorum primus Autor a *Prophanis* Script. *Pythagoras* celebratur apud *Plutarchum* S. L. 8. pr. 7. plurima hic *discipulis* præcepta commendavit, quibus *vitam* ac *mores* eorum moderaretur, ea- que obscura quarundam *sententiarum* textit involucris, quæ *Plutarcho* *anigmata* vocantur, qualia *prisci sapientes* *gnomis* suis tradiderant, salutaria *vitz* instituendæ monita, *allegorico* loquendi sermone velata, ut *obscuritate* quæritæ *Discipulorum meditationes* excitaret, ut quo tardius ad intelligentiam *recondita sapientia* pervenissent, eo firmiter ejus meminisse, & constantius ipso opere exsequenda moneret: hæc erat *ratio* cur *Christus D.* nihil sine *parabolis* docuisse dicatur. *Matt.* 13, 34. *Pf.* 49, 2-5. *Eccl.* 12, 11. 13.

§. II. Verum prius *Symbole* talia in *Sacris S.* observantur. *Jud.* 9, 8-12. 2. *Reg.* 14. 9. *Ezech.* 16, 44-45. ipso *Deo* præeunte. *Gen.* 3, 15. *Semen mulieris conteret caput serpentis*, quæ quo plus *arcani sensus* paucioribus verbis comprehendunt, eo ingeniosiora judicantur; cujusmodi sane debetur jure merito *Laus*, *Symbole* huic *Davidico* *verbum Domini Lucerna pedibus meis.* *Pf.* 119, 105. Quod illustrissimarum *Academiarum*, *Groningana*, *Cantabrigia*, *Edenburg.* *Scot.* *Fundatores* voluisse primaria earum *Symbole* esse, exindeque nos etiam hæc *Dissertatione Periodica*, *Viadrinæ* *Academiæ* nostræ commendatum id esse constituimus: *quatuor* quippe *vocabulis* completitur, quicquid *domestica* vel *publica* *leges*, & *jura* tam *divina* quam *humana* jubent.

§. III. *Symbolum* hoc uti a *Spiritu S.* mutuatum ita & *divina* interpretatione declarandum venit; proprius vero illud intuenti, prout in *sermo* elegantiori. *Cant.* 3, 11. nullus *flos*, & in *Diademate* regum *Ezech.* 16, 11-12. nulla *gemma* reperitur, quæ non singulari aliqua sibi que propria *fragrantia* & *nitore* sensus afficiat, ita in hoc *Symbole* nulla extat *dictio*, quæ non insigni aliquod *monitum* meditationi *Academicorum* offerat, nempe juxta numerum earum *quatuor axiomata* consideranda tradit. *Primo Phosphorum* *Lampada* præten-

præcedentem designat. Apoc. 22, 16. 2: 18. qui *Deus Legislator* est, Lucis & tenebrarum creator. Esa. 45, 7. 42: 16. 60: 19. 20. *vita ac necis supremus Arbitrator*, ira enim toto hoc Pf. 119. *Iehoram* ut *Legislatorem* intuetur *David*, præcepta sua in verbo Sacræ S. declarantem Pf. 19, 8-12. illius enim solius est, omnem creaturam *legum* cancellis circumscribere, cui, uti *vitam*, sic totius vitæ *obsequium* debet. Iac. 2, 8-12. Gen. 17, 1. 2. Chr. 6, 16. Pf. 94, 12. quæcunque præter hunc celebrantur *Legislatorum Nomina*, hujus *Vicariam* tantum potestatem exercuerunt. Ioh. 19, 11. Dan. 2, 21. Ier. 27, 5. 6. Pf. 82, 1. 2. 6. recte *Demosthenes* Legem appellat, *Ευρημα & Δωρον Θεου* qua *professione*, non *cives* tantum subditosque *Legum Coriphai*, verum etiam semet ipsos *officii* sui admonitos voluerunt, quibus utrisque *pari jure* *Deus leges* fixit Deut. 1, 16. 17 16: 18. 20. 2. Chr. 21, 20. 1. Sam. 15, 18. 19. 23.

§. IV. Ita Doctores *Academiæ Ecclesiæ*, hoc Symbolo V. D. L. P. præmoniti, non arrogant sibi jus suo *arbitratu*, pietatis *regulamenta* definiendi mutandi, verum omnes *Doctores* juris tam *divini* quam *humani*, Dei *mandatarios* se esse profitentur, cujus *voluntas & oraculum*, ipsis pro *Lege* est. 1. Sam. 3, 18. Esa. 39, 8. Act. 21, 14. *obedientiam* a civibus *Academiæ & Eccl.* nullam exigunt, præter, eam, quam *verbo Domini* congrua sit, si quid jubeant ab illo *dissentaneum* recte sibi non pareri 1. Sam. 18, 12. 13. contra si quid *consentaneum*, impune non contemni, pronunciant: *Auditores* autem, dum ex *Symbolo V. D. L. P.* Domini Dei meminerint se *ingenuè probos* esse debere, tum in debita erga *Magistratum* *reverentia* confirmantur, *Luridis* vero & pergræcantibus *supremi Numinis metus* incutitur *refractoriorum* petulanter sopita *conscientia*, excusatur, quo *scintillas timoris & amoris* Dei concipientes Eph. 5, 13. 14. 15. 17. caveant *potestates* a Deo constitutas Rom. 13, 1. contemnere vel provocare; ex alia parte vero, docent eosdem *Magistratus Acad. & Eccl.* non esse solum *Legatos & Status aula Regum* ministros, (ut quidam ambitiosi titulos *Hofprediger, Hofrath*, præficine usurpant:) quos tamen, qui violat & fugillat, *jus gentium* violat, 2. Sam. 10, 3. 4. 6. sed *Aula Cælestis Dei Commissarios*, nemini unquam *impune* lacescitos. Pf. 105, 15. Zac. 3, 8. Deut. 18, 18. 19. minusque tutum esse hos sprevisse, quam *Statuas & imagines Cesarum*, ullo modo contumeliose tractasse. Hi hortantur *auditores in Collegiis in Conciliis*, ad

Synceritatem, integritatem, modestiam, monent illos in *judicio* extra *judicium*, ut perpendant se in *conspetu Dei* cuncta cernentis & corda scrutantis *versari* Apo. 2, 23. 1. Sam. 16, 7. Pf. 7, 10. Act. 24, 14. 15: 16. 2. Cor. 5, 11. qui nunquam non *legatis suis a latere est* 2. Reg. 5, 26. Pf. 82, 1. 6. Ier. 1, 8. 19. Matt. 10, 20. summa: monent hoc *Symbolo V. D. L. P. Patres Academia* conscripti, *Cives Academicos*, phrasi *Domini Iehovæ* quid *Deo* debeant, quid *Magistratibus Doctōribus, Parentibus, Patronis* propter Deum Rom. 13, 5. debeant, *Domini Academiae Ecclesiarum Fundatorem*, & quis non revereatur eum cui vel *minima Potestatis suæ lineamenta* Legistator summus impresit. 1. Sam. 24, 5. 7. Esa. 22, 20. 24. Dan. 2, 11. 12. Matt. 10, 15.

§. V. In *Symbolo* observanda II. phrasis *Domini* lex ipsa summo iure *Regia* dicenda, quia summi *Regis* Pf. 136, 3. Apo. 19, 16. quæ in *Sacris S. verbum Domini* appellatur, & tam *materiale*, quam *formale* Legum deelaratur: illud sunt, verba *vocabula* notæ rerum, *Symbole* mentis, quibus suos conceptus deelaratur Rom. 11, 34. Esa. 40, 13. frustra enim Legum *obedientiam* promittit, qui ne quidem *verba Legislatoris* capit Deut. 5, 27. 29. hæc ratio movit *Architectos Academiae*, quæ perquam obloquentissimos *Reip. Literariae* concives haberent, sedulo caverent ne ipsis de essent *Professores* qui *vocabulorum emphases*, cum epicrisi inculcarent, *Doctores* nempe *Lingvarum Hebrææ Græcæ Latine*, quarum studio, *Leges Academiae*, cum *Regia Lege* consentire deprehenduntur, & *Pandectis Sacris*, harum lingvarum itaque *Studium* commendatissimum esse debet quibusvis *Academicis*, ut Deum *Dominum* suum *sua* quasi *lingva* loquentem intelligant, & exemplo *Themistoclis* malint *Regis sui* mandata ab *ore Regio*, quam per *interpretum* manus prodita excipere, speciatim id a *Theologia* candidatis *sua professio* efflagitat qui cum se interpretes *Legis divinae* dicant turpe est se per *interpretes* de ea erudendos esse, hinc dixit *Beatus Scilling fleet* Archiep. C. *Singulari divina providentia* evenisse, ut in *cruce, Titulus Christi D. tribus illis linguis* Hebr. Gr. Lat. Scriberetur Ioh. 19, 19. 20. quo significaretur, *Mysterium Crucis Christi D.* nunquam perfecte intellecturum, qui *notitia Lingvarum Hebr. Gr. & Lat.* destitueretur. *Iuris Conf. Doctoribus* autem & *Politicis*, idem *Symbolum V. D. L. P.* commendat, quod *Verbum D.* in *Sacris S.* traditum *Fundamentum omnium præceptorum legumque* in bene administranda *Rep. pro principio*

*principio* divino subsumere debeant necessario, prout id apodeictice demonstravit. *Iohan. Kabl. Vetteren*. Professor *Heidelb.* in libro *Themis Hebræo Romana*, ubi docet quantum Leges *Mosaica* Christianos obligent, liber *Iuris Studio* Christiano summe necessarius Conf. *Henrici Stephani Fontes juris D. & Rom.* & librum *Requellii* Collectio *LL. Biblicarum*, unde, *Lalium Soeinum* collaudat *Phil. Melancthon*, quod *Studia Iurispr. a Lectione & Meditar. Hebrai Textus M.* auspiciatus fuerit; at enim non sufficit *nuda* voce *notitia*, sociatam eam oportet esse *cognitioni & praxi* rerum vide *M. Casauboni Diatriben* de usu & utilitate verborum; hinc *Sacra S. iudicii* sententiam pronunciat ex *notatione* nominum suorum in reos *Ier. 22, 28. 30. 7: 12. Gen. 27, 36. Luc. 22, 48.*

§. VI. Lex autem hæc Regia non verbum solum est, sed verbum Domini, quia voluntatem Dei declarat, quod ipsum formale Legis & medulla est, siquidem vocabula corticem referant, quibus illa continetur: hanc voluntatem seu vgg Dei, nulla Disciplina est, quæ non aliqua ratione vel proponet vel illustret, omnes pari studio eidem ancillantur. Exemplum Legitimæ juxta eas Leges administrationis in universi conservatione exhibet *Logica, Physica, Mathematica* disciplina; *Moralis Philosophia*, hujus Regiæ Legis, non obscura Lineamenta, in communibus naturæ principis invenit & excolit, ad præscripta illorum affectus moderare docet, animumque virtutibus imbuit, ut & jucundiolem & fructuosiolem vitam nobis familia & Reip. queamus ducere, hinc harum omnium institutionum respectu in hoc *Psalmo Symbolico* Davidis, 119. vocabulum verbi D. alternant epithetis tam variis, dum ex. g. vocatur, *Lex, via, testimonium, præceptum, mandatum, statutum, iudicium, consilium*, quo tot & illis appellativis, latitudo utilitatis doctrinæ Legis verbi Dei, in omni statu, gradu, quarumvis *Disciplinarum Academicarum*, declararetur.

§. VII. Cum primis vero huc, collineant *Facultates Acad. Theol. & J. scientia*, quæ palmarium hic fructum absolvunt. Hæ duæ, verbum Domini, i. e. Voluntatis Dei Tabulas, ceu propriam hereditatem sibi vendicant, quæ sic operas, quasi ex compacto distribuisse videtur, ut illa primam *Decalogi Tabulam* sibi primario sumserit illustrandam: ista alteram, utraque vero ita instituitur, ut perpetuo Domini sui Legislatoris insignia circumferant, ac nihil quicquam Legi alluant, quod alienum sit à mente verbi Legislatoris, & quod non in

35

34

37

38

3

40

41

4

4

45

*primum Principium* verbi D. resolvi queat: quicquid igitur *Theologi* de pietate in Deum & quodcunque à juris Conf. mutuatum præcipiunt de *obsequio* Superioribus Pot. debito; de *amore, tolerantia, mutua, de temperantia, mansuetudine, frugalitate, de Cardinalis Virtutibus, &c.* Id omne itidem *Verbum D.* est, non licet hic disputare de *Legum æquitate*, siquidem, eo ipso justum sit, quia *Verbum D.* jubet: vel differre & *procelare obsequium*, cum nullo momento à divina subjectione immunes vivamus. *Durum* putat aliquis *Judas*, Joh. 6, 60. quod exigitur, sed advertat is, annon *σκληροτης*, Rom. 2, 5. in propria *cervice* stabuletur, Act. 7, 51. hanc ergo protinus inflectat & id esse *facile* fatebitur, Matth. 11, 29. 30. 1. Joh. 5, 3. Phil. 4, 13. præbeat talis *Academicus, aures, cor patulum*, ut *verbum D.* illud penetrare valeat; hoc *verbum D.* quoties sonuerit ex *Cathedra* Academica vel *Ecclesiastica* dicant auditores cum *Samuele, loqueri. Domine, quia audit servus tuus* 1. Sam. 3, 10. & cum *Paulo* juvene, *quid vis facere me Domine*, Act. 9, 6. & cum *Cornelio* Barone Academico Christi D. *en nos coram Deo omnes adstantes, ut audiamus ea, quæ locutus est Deus tibi*, Act. 10, 33. Quo respectu *Beatis. Witakeri* erat *Symbolum* ut ipse vocat hoc *gratiosum*, V. D. L. P. ea ratione, *Psalmm 25.* quoties *catheram* Theol. conscendebat, *alta voce*, cum sancto zelo Auditoribus prævit, quia dicebat, in hoc *Pf. 25.* voces, *verbum, via, semita, ambulare* alternatim toties repeterentur & *Augustini*, in *soliloquiorum* ad Deum, *exordium* fuit, *Domine, casta mea delicia sint Scriptura tua, converte pedes meos ad oracula tua*, uti dixisti, oves meæ *verbum meum* audiunt, Ioh. 10, 4. & tum *promptitudinem* istam comitabitur omnino, *fructus ille verbi legis D.* quem *tertio* hoc *Symbolo* promittit.

§. VIII. Qui *compendio* vocis declaratur *emblemate lucernæ V. D.* *lucerna pedibus*, qua *appellatione*, innuitur 1. *egestas Academicorum*. 2. *Verbi Divini thesaurus*. 3. *Morbus studentium* 4. *Illius antipharmacum*, *lucerna*, *remedium tenebrarum* quæ eas dispellit, hoc ergo quia *Academicis* opus est, patet eos in *tenebris ignorantie* palpando & palpitando versari, Pl. 18, 29. Matt. 4, 16. Joh. 12, 35. 2. Cor. 6, 14. posuerat quidem *Creator* in *principio* in *anima* hominis *lumen rationis*, Gen. 1, 26. efficacissimum, sed *Adam* ab integritate primæva decedens, *terrena concupiscentia*, quasi *humo* injecta *flamas* illius *ignis* extinxit, Eph. 5, 8. 11. 1. Thes. 5, 4. 5. ut vix tenuis *scintilla* sub *cineribus* sepulta reperiat, neque hic est quisquam, qui *nitivitatæ prerogativa* gaudeat, omnes eadem *condicione navales* nascuntur, 1. Sam. 25, 25. Rom. 3, 10. 12. *cibes academicos* non minus immunes ab hac *mentis caligine* pronunciat hoc *Symbolum* nostrum; *tenebræ* quæ illis incumbunt plusquam *Cimmeriæ* sunt, ut *egyptiæ*, quæ ita densæ dicuntur, ut *manu palpari*, nec ullis *funalibus* oollustrari potuerint, Exod. 10, 21. 23. Apoc. 16, 10. hinc *admota face* etiam, quædam *ingenia* magis soleant cæcutire, Joh. 9, 40. 41. Act. 13, 10. 11. 7. 36, 38. 26, 24. §. IX.

§. IX. Agnoscenda igitur primum ac *deploranda* omnibus *Caligo* ista, cum *Sau- lo Paulo*, Act. 9, 18. cum *Dauid*, Ps 51, 5 7. *Academia* & *Ecclesiæ C.* nomen daturis, ut necessariam sibi *lucem* tanto *ardentius* appetant tanto *promptius* oblatam admit- tant, Act. 2, 27. 3: 4. 5. Joh. 9, 7. eam vero nusquam invenire est certam & solidam præterquam in *serbo Domini*, id exacte *authoris* sui indolem refert *Patrem Luminum* Deum, Jac. 1, 17. Ps 27, 1. 36: 10. 84: 12. 1. Tim. 6, 16. & *Academiæ* Christianarum *Pharo*, quod veteres *Philosophi* innuebant, dum eundem *Pharum* Musarum *Præse- dem*, simulque *Solem* prodidere, quia non minorem *lucem*, studia bonarum literarum, quam, *radios* solares, in *prismatibus*, triangulatis *ingeniis* inferre; quotquot igitur in *Academia Viadrina* Phæbi mystas, quot *Doctores*; tot *fulgidos soles*, tot *sidera* primæ magnitudinis, tot *Lucernas* cernunt *Academici* nostri, quibus nihil magis in votis, quam ut vobis *infernendo* consumantur, vosque *Filios Lucis* efficiant, 1. Thef. 5, 5. Matth. 5, 14.

§. X. Hæc unica cura *Antifistum* *Academiæ* & *Ecclesiæ* est, 1. Tim. 4, 15, 16. 2. Tim. 2, 14, 15, 24. Act. 20, 24, 27. id agunt, quando rationis *Lumen* mentis vestræ, *scintillam* primæ lucis, Gen. 1, 26. *flabellis* *Disputationum* ἀναζωπυρωσι 2. Thef. 1, 5. nempe uti *ignis* omnia in suam *naturam* convertit, sibi que assimilat, ita *Doctores* *Academiæ* & *Eccl.* suos auditores gestiunt quam *similimos* illi *lucerna*, quam ipsis prætendunt, 1. Cor 11, 2. 1. Thef. 3, 8. 9. Gal. 4, 19. Eph. 4, 13. *cujus radii*, in *sermo- nibus*, *gestibus*, *gestibus*, publice coruscantes, *cœlestium* quodam modo *Syderum* u- suram, aliis indulgeant, Apoc. 1, 20. Matth. 5, 14, 16. *viventes* quidem, vel ad ipsius *nomi* postulatum *pellucidus* ostendant, *defunctos* que *terrestri* *Academica* *bita*, *integritatis* *perenni* *memoria*, *bonique* *nominis* *fragranti* *sama*, Eccl. 7, 1. Ps 112, 4. 6. 7. Apoc. 3, 12, 14. *toto orbe*, in hoc & *futuro seculo* *illustrissimos* reddant, Hebr. 11, & 12. cap. Dan. 12, 3. 1. Tim. 4, 8, 9. Apoc. 7, 13. *velut* *Canadatos* *lucis* *æterna* *gloriæ*, Matth. 19, 28. 29. Apoc. 3, 21.

§. XI. *Quam lucis gloriam*, ut consequantur, cum *Doctores* *Acad.* & *Eccl.* tum *Discipuli*, officium eorum quod fit tradit *Symbolum* V. D. *Lucerna pedibus*, NB. non dicit *oculis*, sed *pedibus*, notum nempe *Sacris* *Profanis* que *Autoribus*, *bitas*, *officia*, *vo- cationes*, *mores* que *hominum*, *bitæ*, horum autem *studium*, circa utrasque *instituentium* *itineri* ac per *viam* *incessui* comparari, Ps 1, 6. 37: 5. Prov. 1, 15, 16. 31: 2. 11: 12. 13. Jer. 32, 39. hæc *metaphora* autem *diserte* ad *officium* *ambulantis* *collineatur*, id *intimatum* fuit *allegoria* *Auræi* *Candelabri* in *Tab.* & *Templo*, Exod. 25, 3. Apoc. 2, 1. ubi *indefinenter* *die* & *nocte* *lucerna* *illuminare* *debeuit* *omnes* *gestus*, *actiones* *Sacerdotum*, ex *atrio* in *sancta* T. inde, in S. *Sanctorum* *intrantrum*, Lev. 24, 2. 4. Apoc. 21, 23, 24. Luc. 2, 32. *Quomodo* quasi *quadrigam* *virtutum* *alutinis* *hujus* *Sym- boli*. V. D. L. P. *instructam* *gestit*, quarum *adminiculo* *lucerna* *divina*, eo *celerius* & *efficacius* *assimilari* *queant* nempe 1. *modestiæ*, quam primo loco *commendant* *pedes*, quos nemo, non nisi *demisso* *vultu* *potis* est *intueri*, & quo *potius* *oculos* *defigat*, cui per *ignotos* *calles* *pergendum* est; *Thales* M. *siderum* *splendores* & *bitas* *lacteas* *contemplatus*, *foveam* *quæ* *ante* *pedes* *erat* *nōn* *advertit*, inquam cum *decidisset*, *Philosophus* *ruffico* *ludibrium* *debeuit*, qui *modestiæ* *Thaletem* *meminisset* *jullit*, *ne* *dum* *curiosus* *stellas* *scrutatur* & *cælum* & *terram* *perderet*: nihil frequentius in *Academicis* seu *Doctoribus* seu *Discipulis*, quam, ubi se *levi* *subita* *coruscatione*

litera-

35

34

37

38

3

40

41

4


4


45




*litterarum, instar cicindela, radiantes vident, mox in sui admirationem rapiantur, cum Tyro Ezech. 27, 3--16. 28: 2, 3. 29: 3, 9. Dan: 4, 27. & Babele, jamque cum Phaotone solis currum moderari ac toti orbi se prælucere existimant, ut Lucifer ille Prismaticus, Esa, 14, 12, 14, ast tales Pica, pedes suos modo respexerint, pavonum more, rutilantium, versipellium versicolorum caudarum stellarum, Apoc. 12, 4. confestim obliviscentur, & quam latissime circumpandebant Philautiam, contractam demittent; pedum conspectus juvenilibus animis ingerit defectus suos & quicquid est latentium vitiorum, monet itaque eos moderations, qua, lento passu properent inter salebras cum Ionathane, 1. Sam. 14, 4--11. ad extrema, ne cum Icaro in abyssum præcipitentur. Sed τῆ λεωφορω Βαδίζοντες. Hanc lucernam V. D. pedum esse moderatorem, Pl. 119, 9. discrete innuitur, & clamore Dei ad Mozen, festinantem ad lucem adentem Horebi, Exod. 3, 4, 5. & Iosua Jos. 5, 14. conf. Luc. 10, 4. quod monebant etiam gentium mysteria dicta nudipedalia Sacra, Gen. 3, 15. semen mulieris conteret caput serpentis hic mordebit calcaneum ejus, quod primum est Symbolum gratiae in Sacris S. Mysterii salutis pragnantissimum, Apoc. 12, 9. Pl. 38, 17. 49: 6. Eph. 6, 15. Deut. 32, 35. quo respectu & Iacob inimicitiae illius jam ab utero candidatus calcaneum Esabi tenuit, Gen. 25. Hof. 12, 3.*


§. XII. Modestiam excipit. II. Docilitas, pedum Symbolo notata, qui enim proprie infirmitatis conscientia tangitur illico afficitur desiderio ejus amolindæ, Rom. 8, 19, 20. in tenebris constrictus festinat ad lucis usuram & quodvis Iubar, Act. 12, 7, 8. Pl. 31, 17. Ioh. 12, 35, 36. Speculum, solem non reflectit, nisi ei obvertas. Ita Academicus luce virtutum non collustrabitur, nisi ad lucernam Academiae. V. D. accesserit. Verum socianda est docilitati, Industria. III. Vita & Vocatio Academicorum Stadium est cursu proinde incitato opus est, ubi studens hanc arenam ingressus est, id ni fiat, satius fuerat huc nunquam pedem intulisse, 1. Cor. 9, 24, 26. dicitur I. Theologo, Apoc. 10, 8--11. comede volumen istud, non ait, deliba sed absume, multi Studiosi Th. & Juris, Systemata artis suæ, comedunt sed captim, bibunt, ut canes ex nilo lambentes, volitant per locos communes, ut Gallus per prunas & salamandra per carbones, multa legunt, nihil agunt, & genio suo non ingenio indulgent frontes exporrigunt, sed mentes non corrigunt, unde discedentes Academia secum loco auri & argenti virtutum Academicarum, Pl. 119, 72. cum nautis Salomonis indicis, pavones & simias in Patriam, 1. Reg. 10, 22. reducant, ut jam vel ex incessu suo ut Jehu 2. Reg. 9, 27. dignoscantur, ex qua Academia venerint: prodigiosus hic fuit Diogenes qui nullis scuticis ex Schola Antisthenis se exigi passus est. Ideo in Sacris S. Symbolo pedum & constantia fortitudo, insinuat, Heb. 12, 13, 1. Cor. 16, 13. Eph. 6, 15. Pl. 17, 5. 26: 12. 18: 34, 37. In his tamen viis virtutum, ne quis offendant Academicus, coronidis loco adjungenda Temperantia. IV. est, Tit. 2, 12. Fundamentum sapientia, dicta Xenophonti, eam quoque a pedibus discimus, sobrium viatorem esse oportet & Academicus peregrinum, ebrii pedes & saltantes officio desunt, & ad perniciem ducunt, 1. Cor. 10, 7. sed Verbo Dei victum temperantes, 1. Petr. 2, ut Jonathan reficiuntur, 1. Sam. 14, 29. qua aeternæ lucis gratia, ut Jehova, Num. 11, 29. omnium Academiae & Eccl. Civium animas éveργως satiet, votum est Praesidis & Defender. Eph. 1, 17, 18. quo hanc Dissertationem Periodicam concludimus, psal. 89, 53. Amen Amen.
















...nias & contemptus reportet, in tali præprimis urbe, quæ non consueverat audi-  
...phetas Judæos, "in extraordinaria legatione," quæ tamen non plane pro inu-  
...opus vid. Daniel in Babylonia, nec valet, illum fuisse Prophetam dono, non  
...phetam fuisse, Belzaro. C. 7. Nebucadnezaro C. II. Alibi que  
...Aët. 9. Math. 15. Christus ipse. Deinde Judæi permulti per-  
...ibus, quorum & misereri volebat Deus cum Judæis & propter Judæos, sicut olim  
...hum Gen XIX. 21. vel decem justos Gen. XVIII. & sicut præcipuum momentum  
...randi ratio trahere forsan possit ex extraordinaria Jonæ legatione Niniven, ita  
...est h. l. temporis ratio quæ omnia Enigmata pessundat, destruit ex aper-  
...," coll: Math. XI. Accedit, memoratam Historiam de Phraorte & Cyaxare in tem-  
...ec, quod Basis est, plane neque oppugnatio, neque expugnatio ulla urbis Ni-  
...poteat, quia non ita Hapach in hac significatione h. l. interpretari deest sicut דרר  
...pro vero sopore occurrit, sicut ubi vis obviat est, Hapecha vero extrat semel Gen.  
...versio: omnimoda existat, qualis fuit Sodomæ, Deut. 29. 23.  
...18. C. 50. 40. Am. 4. II. "Ergo extraordinaria fuit everlio  
... & Sodomæ similis, quod & ceteræ comprobant circumstantiæ, expectatio Jo-  
...40. sc. dierum, ædificatio tabernaculi, quando cœlitus ignis hanc urbem con-  
...terre motum illam destrueret, ut terra os suum aperiat, illamque devoret Sam.  
...ia adhuc ad "Oeconomiæ temporis Jonæ pertinent 2 Reg. I. Io. II. seq. v. De-  
...mirificis: Nisi excipias legationem velut Ordinariam, propter multos  
...re est 480. stadia vel 8. milliaria Germ: magna, Saphinah Superne testæ  
...na literaliter & proprie sunt intelligenda, Amplitudo urbis, Ricinus, umbra,  
...dibus, vel ex alia materia, Lev. 23. 24. Neh. 8. 15. hinc nomen proprium Suc-  
...Gen. 33. 17. Vermis thola à Rad. Lua vorare, quippe qui tantum vorat, &  
...ventre re constat, vel arrodendo deglutit, Boschartus Hieroz. P. II. C. 27.  
...Eurus, dies atque nox, homines, aurora Solis injuria, Ira Joppe, piscis magnus,  
...opus habeamus hinc inde de ceto Jonæ asservatis, e. g. In domo cathedrali Mag-  
...si, quod tamen ab aliquibus pars de Gigante dicitur, &c. Quibus tandem "tempe-  
...olico-Cholericum sequitur" in quo terrestriores particulæ primas tenuerunt,  
...nanus, morosus, in statu naturali, quæ tamen " vitia in Jona Renato Gratia  
...e in vitia & crimina talia prorumpat," nam sic loquimur de naturali inclinatione,  
...inale, si Furca expellere studeat, tamen usque semper recurrit, sed non regnat. Et  
...crutabilis mirifice elucet, quod Deus his, mox aliis, aliorumque & diversis  
...æditorum hominibus utatur, " sicut in ipso stylo SSæ per συγκαταβασι  
...um conceptibus se accommodavit ad indolem temperamentum. & conditionem Ama-  
...vit o vid. Musæi Introd. XIII. Sic m. h. l. Deus cum Jona & sententia ejus erronea sed  
...osa: quam imbecillitatem humanam, quæ Renatis etiam adhæret, Deus tolerat & exgra-  
...entissime condonat, sic inter imbecillitates humanas omnino recenteri debent quæ  
...ed humano, labi prono, quod cupiat interitum Ninives urbis Jonas, it. quod le-  
...t, sed sicut Moses Exad. IV. Io. Jeremias I. 6. alique E. humanitus, it. quod ira  
...nitionis temperamenti specie, " prædicationem suam exitum annunciatam non  
...ne in contemptum incideret. & licet alias "Melancholici laborum patientes sint,  
...ntaxat propter commodum suum, Hic Renatus tamen Jonas licet nihil lucris spe-  
...s tamen recurrit indignationis & iræ propter solis injuriam, & dolores, Accede-  
...lvitæ, " summusque & intolerabilis solis in tam calida regione æstus, quæ causæ  
...uc magis mitigant, excusant, quod inuere videtur vox " Jithaleph, " Animo  
...tes teguntur quasi, & corpori se subducunt; Quare Deus rogar: Num istæ exar-  
...exempla Iræ frustraneæ & ex imbecillitate humana ortæ in Renatis  
...unt, Nec Jonæ nostro foli velut crimen magnum hoc imputari potest  
...Moses, licet Deus permittat, ut Renati sæpe crimina etiam committant, ut  
...egatione, &c. cum in finem, ut infirmitatis suæ admoneantur, alii ex